

Johann Klein von

**Programma Quo Suo, Totiusq[ue] Iuridici Collegii Nomine, Ad Dissertationem Inauguralem Viri Praenobilis Atq[ue] Doctissimi Dn. Joachimi Henrici Gröning/ Wism. Iuris Candidati Fulgidissimi, De Suspecto Iudice, Vulgo Vom Verdächtigen Richter... Die VII. Aprilis Anno M. DC. XCVI. ... Invitat Johannes Klein ...**

Rostochii: Wepplingius, 1696

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746316232>

Druck Freier  Zugang





g...  
1659

Ja-1125

511.

24

**PROGRAMMA,**

<sup>QVO</sup>  
SVO, TOTIUSq; JURIDICI COLLEGII NOMINE,

<sup>AD</sup>  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM

VIRI PRÆNOBILIS ATq; DOCTISSIMI

**DN. JOACHIMI HENRICI**

**Gröning / Wism.**

JURIS CANDIDATI FULGIDISSIMI,

<sup>DE</sup>

**SUSPECTO JUDICE.**

<sup>VULGÒ</sup>

<sup>Bom</sup>

**Verdächtigen Richter /**

PRO CONSEQUENDIS SUMMIS IN UTROQVE JURE

HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

DIE VII. APRILIS ANNO M. DC. XCVI.

BONO CUM DEO HABENDAM,

IN AUDITORIO MAJORI;

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS,

MAGNIFICUM DN. RECTOREM, UTRIUSq; REIP. NOBI-

LISSIMUM ATq; AMPLISSIMUM SENATUM, OMNESq; OMNIUM

ORDINUM CIVES ACADEMICOS AC LITTERATORUM FAU-

TORES OBSERVANTER AC OFFICIOSE INVITAT

**JOHANNES Klein /**

J. U. D. & PANDECTARUM IN ALMA PATRIA DUCALIS

P.P. NEC NON CONSISTORII MECKLENBURGENSIS h. DIRECTOR

ET AD HUNC ACTUM INAUGURALEM DECANUS.



ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

**Q**uibus judiciario in his terris fungi datur officio, hos probe meminisse juvabit, vicariam judicandi partem ab omnium iustissimo ipsis Judice esse commissam, cui sicuti nihil non, ut occultum sit, patere potest, ita in tremebundo olim iudicio exactissimam concrediti muneris rationem à suis ipse exiget Vicariis, talem ipsis impertiturus sententiam, qualem dici aliis sanctissime habenda iustitiæ ratio postulat. Neque enim falsò sibi persuadere sumat, quisquis judicandi nactus est Provinciam, pro affectuum libidine impune Leges, quas *Libertinas* esse oportet, *servas* quodammodo atque *captivas* efficere licere fictorum pravorumque iudiciorum, uti non minus eleganter, quam pie monuerunt Imperatores *Leo & Alexander* in Constitutione, quã reperire est inter illas, quæ exhibentur in Corpore Juris Civilis, post *Novellas Leoninas*, dignã omninò, ut in omni iudiciorum loco iudicaturis ob oculos ponatur, cujus exscribere verba forsitan haud poenitebit: Ita vero illi: *Existimo equidem, eorum neminem, qui judiciario funguntur munere, eo unquam Stuporis aut inscitia prorupturum, ut aliter, quam ex præscriptio legum iudicium sententiamve ferre audeat; Quod, si quis in tantam evaserit demeritiam, reus peractus eas dependet penas, quæ legibus sunt irrogatæ: Sin forè nos effugerit, pervigilum tam. n. illum, atque ins. m. n. oculum, cui nihil non quamlibet occultum sit, patere potest, effugere non poterit. Tamest id ipsum imprecationibus quoque, dirisque execrationibus stabilire atque firmare non abs re alienum censuimus. Inveniat itaque isle Deum & caelestes omnes atque incorporeas potestates sibi nunquam non adversantes: Immature ex hac vita excidat potius, quam excedat: Incommodis insuper afficiatur perpetuis: Ipsius adium fundamenta ignis tandem devoret, & posteritas eò redigatur inopia, ut panem ostiatim quareret: Atque hac jure sanè optimo, propterea, quòd leges, quas libertinas esse oportuit, servas quodammodo atque captivas efficit fictorum pravorumque iudiciorum.* Ex quibus cum nemini non intellectu facile sit, quam gravissimum iudicis officium desideret fidem, quamque sibi depulcat accuratorem, suis, qui iudicio præsidet, in tantum lenoncabitur affectibus minimè, ut, cum jurisjurandi religione adstrictus, (cujus horrendissimum, ut ipse loquitur Justinianus in *pr. Nov. 102*, exemplar extat in *Nov. 8. Tit. 3. in fin.*) cum veritate & Legum observatione iudicium disponere jubeatur à Divæ memoriæ Imperatore Justiniano, in notabili *L. 14 C. de Judiciis*, ipse, posthabito omni pietatis sensu, vel erroneo conscientiæ suæ non regulatæ ductu, ex cerebro suo

512

suo sibi æqvitatē formans, contra Ordinationē Cameralem:  
P. 1. T. 13, S. 1. verb. Sollen in keiner Sachen / sie sey so gering / als sie wolle  
allein auff ihr **Gut Bedüncken / oder wa. eines jeden eigenen**  
**erwogenen Billigkeit / oder eigen fürgenommenen**  
**und nicht den Rechten gemäß informierten Gewissen &c**  
à legum, secundum quas, & non de quibus, ipsum judicare decet, c. 3. dist.  
4. tramite abire audeat temerè, vel inimicitia tentus, aut amicitia  
corruptus, aut largitionibus excæcatus, aut intempestivâ motus mi-  
sericordiâ, iniustam ferre sententiam sibi impiò sumat conamine,  
sciturus, quod non magis alios judicet, quam ipse judicetur, ipsiq; ma-  
gis, quam partibus judicium terribile existat; litigantibus sub homi-  
nibus duntaxat, iudice verò Deo Insp: Etore adhibito, causas trutinan-  
das proferentibus, piè iterum monente Imperatore Justiniano in  
fn. L. 14. C. De judic. jung. Nov. 23. c. 3. 2. Chronie. 19. v. 6. vid. Reinking.  
de R. S. & E. Lit. 2. c. 2. Class. 12. S. 6. Neque verò ipsum tantum  
injustitiæ reatum omni fugere nisu Boni Judicis convenit officio,  
sed & cavere oportet non minori curâ, ne bonam suam existima-  
tionem, quam jura de sanctâ ipsius in dubiò personâ foveat, vid.  
verba initialia supra all. Constit Leon & Alex. Conf. Menoch. Consil.  
100. n. 1. seq. Carpz. P. 1. C. 12. Def. 25. n. 3. sinistra quadam Suspitione  
improvidè gravet: Cujus tamen notam ægrè evitabit, qui vel in  
propriâ ipse causâ, extra casus exceptos, vel amicitia lege, aut ne-  
cessitudinis vinculo juncti, vel inimici, jus dicere non declinat,  
Legibus nostris semper de istiusmodi iudice malè præsumentibus:  
L. 10. ff. de jurisd. L. Un. C. Ne quis in sua causa Conf. c. 15. C. 3. q. 5. Sc. 41.  
in fn. X. De Appell. Quotus enim quisque est, qui ita fragilitatis  
humanae expers vivat, ut aureum illud Constantini Imperatoris:  
**Wann dein ärgster Feind Recht hat / so sprich ihm Recht / und wann dein**  
**bester Freund Unrecht hat / so sprich ihm Unrecht. Wichtig wäre ewig, sine**  
omni justitiæ violatione, aut juriū detorsione, in praxin deducere  
audeat, quique præfatis in casibus, sequelstratis affectibus, omni-  
que exultante personarum respectu, nil aut sui amori, aut amicitia  
aut odio dando, rectam ubique ac juri ex asse conformem  
ferat sententiam. Sane qui ipso Philosophari opere, quam theo-  
reticis delectari speculationibus mavult, haud invitus mecum fate-  
bitur, recto hîc justitiæ incedere tramite p̄fectionis adhuc Philo-  
sophiæ esse, quam vehementissimum amoris æstum retinere, sin-  
gulisque momentis insipientem ac inhærentem refrenare (concu-  
piscen-

piſcentiam tunc, cum familiarius cum ipſa converſandi datur occaſio, quam quis deperditè amat, quod tamen *perfecta eſſe Philoſophia*, tradit Juſtinianus in *Nov. 74. c. 4. p. Scilicet vix aberit, quin animi motum vultus detegat, (quod tamen constantis ac recti iudicis non eſſe, docet Calliſtratus Jctus in notabili L. 19. S. 1. ff. De Offic. Praſid.)* haudque leve injuſtam *ſuſpicandi ſententiam* allatura ſit argumentum in ſuos cuique connata propenſio, indeque propulſans ipſos qualitercunqve adjuvandi conatus, omni tamen jure merito reprobatus. Sicuti enim quatuor modis humanum potiſſimum pervertitur iudicium: *Timore*, dum quis metu poteſtatis alicujus, & offenſæ à juſtitia tramite deſlectit atqve iniquè judicat: *Cupiditate*, dum avaritia, quæ, teſte *Auguſtino*, eſt noverca Juſtitia & Gehennæ nutritrix, deditus, gratius auri molem, quam juſtitia ſolem intuetur, *c. 8. Diſt. 47.* parum penſi habens, munera excæcare Sapientes & verba Juſtorum ſubvertere. *Ex. 23. Samuel. 12. verſ. 3.* juxta verſiculos:

*Deviat à vero corruptus munere Judex,  
Falſidumq; facit impia gaza pium.*

*Odiò*, dum vindictæ provocatus cupidine iudex contra inimicum ſuum injuſta molitur, & *Amore*, dum Amicis vel Propinquis complacere contendit *c. 78 C. XI. q. 3.* Ita, qui Conſanguinitate, aut amicitia, aut odiò vel inimicitia in judicando ducitur, Chriſti iudicium, qui ipſa eſt juſtitia, pervertere, & ex ſententia Hieronymi *ad cap. 6. Amos. in fin.* fructum illius in amaritudinem convertere dicitur in *c. 79. C. XI. q. 3.* quique metu cujuſlibet poteſtatis concuſſus à juſtitia tramite deſlectit injuſtèq; judicat, iram Dei ſuper ſe provocat, eò, quod magis hominem, quam Deum timere videtur, per *c. 80. C. XI. q. 3.* Cum verò periculoliſſima res ſit, & triſtiſſimi eventus plena, ſub taliſmodi litigare iudice, quem ſui, ſuorumq; amor, nocendiq; libido, & ſvavis lucri odor, aut concuſſionis metus, ſapè etiam pudenda juriū imperitia iniquæ ſententiæ *ſuſpectum* faciunt, non abſq; cauſa ſibi cordi fuiſſe conſtat glorioſiſſimæ memoriæ Imperator Juſtinianus in *L. 16. C. de Judic.* quæ canonifata per *c. 15. C. 3. q. 5.* ut ſine *Suſpicionem* lites procedant: Ipſa enim ratio dicitur, *ſuſpectos & inimicos non debere eſſe iudices & quodammodo naturale eſſe dicitur in all. c. 15. C. 3. q. 5.* *Judicium ſuſpectorum* declinare inſidias inimicorumq; iudicium ſemper velle refugere, *c. 41. X. de Appellat. juncto c. 61. eod. Sc. 25. X. de Off. Epot. judic. deleg. Nov. 86. c. 2. indeq; de ſumptu ſubſentia. Si verò contigerit. C. de Judic.* quippe ſub quibus litigatur magno

513  
Magnò non solum dispendiò temporis & sumptuum, sed etiam ipsius  
causæ periculò, Carpzov. P. 3. q. 104. n. 65. Hinc non leve justitiæ præ-  
sidium illis in jure paratum est, qui *Suspecti* istiusmodi judicis senten-  
tiam ex justa & legitima *suspicionis* causâ reformidant, sc. ut oppo-  
sitâ *suspecti* exceptione, illâque legitimè in judicium deductâ & pro-  
batâ, declinare ejus possint tribunal, quem iniquè, ac secus, quam se-  
cundùm leges ac consuetudines oportebat, judicaturum esse justè  
suspiciantur, causâ ad Superiorem vel alios *non suspectos* devolvendâ;  
Hoc si quidem pacto ne utiquam metuendum est, inde ipsis injuriam  
obventuram esse, unde jus oriri conveniebat: Cum verò Judex Vir  
sit probatâ ac integræ fidei, in quem ex levi causâ suspicio non ca-  
dit, *Georg. de Cabedo Dec. Regn. Lusit. P. 1. Dec. 20. n. 4.*, cavendum hic  
omnino est, ne ex quâcunq; causâ, quæ recusanti forsan probabilis  
videtur, temerè admittatur recusatio: Sicuti enim ad judiciorum  
pertinet integritatem, sine metu injustæ sententiæ liberum unicuique  
ad judicem *non suspectum* patere aditum, ita non parum inde au-  
thoritatè judiciorum decedit, si temerariæ sine delectu quæcunq;  
admittantur recusatōnis causæ, haud infrequenter ab illis allegari  
solitæ, in malâ qui causâ sub Suspicionis obtentu procrastinare litem,  
actorq; dilatoriis istiusmodi frivolis exceptionibus miserè defatigatò,  
condemnatoriâ differre & tantum non effugere sententiâ, non  
infelici sæpius successu impiè moliuntur: Quorum proterviâ qua-  
lem jura posuerint obicem, quasque illa causas recusando *judicis*  
*suspecto* suffecturas determinarint, cum elegantissimâ omnino ope-  
rà & notabili diligentia eruditè conscripta Præ-Nobilis atq; Doctis-  
simi Dn. JOACHIMI HENRICI Gröning/ Wismariensis, Juris Utri-  
usq; Candidati meritissimi, Inauguralis *DE SUSPECTO JUDICE* Di-  
sputatio copiosius exponat & fusiùs exequatur, nolo hic diffluere, ad  
illa, quorum potissimum causâ publicam hancce in præsentiarum  
adornare scriptionem sustinui, propius accessurus, exq; more, in  
hac Almâ recepto, mores Clarissimi nostri *Candidati* optimos, insi-  
gnesq; studiorum in utroq; jure profectus breviter delineaturus.  
Primam verò lucem Is Wismariæ, ob Summum, quod inibi est, Ju-  
stitiæ Tribunal SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS SVECIE satis ce-  
lebris, aspexit, Anno supra millesimum sexcentissimum sexagesimo  
octavo, ipsis Calendis Octobris, Genitore quidem, Viro Amplissimo  
ac Prudentissimo Dn. CHRISTOPHORO Gröning/ Senatoriâ di-  
gnitate apud Wismarienses olim conspicuò, antè septennium fere  
non absq; ingenti *Nostri* luctu ex hac terrenâ ad meliorem vitam evo-  
catò




eatō, Matre verō adhuc dum per Dei gratiam, & faxit Numen quam  
diutissimē, superstitē, CATHARINA Säckellammen / Matronā sexus  
sui virtutum laudibus condecoratissimā. His optimis satus Paren-  
tibus, in primo statim ineuntis ætatis flore fidelissimis formandus  
traditus est Præceptoribus, quarum privatā partim, partim etiam pu-  
blicā, ita sedulā crevit curā, ut expletō 17. annorum curriculō, fa-  
ctisq; in litteris, quas Humaniores appellant, domi, præeunte in pri-  
mis Patriæ Scholæ tunc temporis Rectore Celeberimo Dn. LEHMAN-  
NO, cujus etiam hospitio usus erat, optimis progressibus, dignus vi-  
deretur, ut illustriores Scholas & Universitates adiret. Antequam  
verō id institutum persequeretur, apud animum constituit svasu po-  
tissimum Viri Pl. Reverēdi, atq; Doctissimi Dn. M. HENRICI PLA-  
DECII, Pastoris dum viveret ap. Wisnarienses ad ædem D. Mariæ  
sacram vigilantissimi, Regiūq; ibidem Consistorii Assessoris meritissi-  
mi, inductus, gratissimāq; in erudiendā pube methodō ubiq; satis  
laudatā Viri Nobilissimi ac Doctissimi Dn. CHRISTIANI WEISSI,  
Rectoris Zittaviensis longē Celeberrimi, allectus, per anni spatium  
in studio Historico, Geographico, Politico, Ethico, Juris naturalis ac  
Eloquentiæ prælaudati Viri fidelissima uti manu ductione, ut hisq;  
subsidiis instructus, uberiori cum fructu ad altiora animum appli-  
care, omnisq; juris cognitionem hinc necessariis fundamentis majō-  
ri cum studiorum suorum emolumento superstruere posset. Neq;  
pœnituit ipsum unquam optimi hujusce consilii; Postquam enim  
Ao. 1685. ipsis Nundinis Paschalibus per Lipsiam & Dresdam Zitta-  
viam contendit, annum & aliquot menses ibidem commoratus, tam  
felici successu optimā Celeberrimi Hospitis sui tam privatā, quam  
publicā usus est informatione, ut non solum vix anno elapsō inter  
publicē perorantes non sine omnium applausu de notabili Petrarchi  
dicto: VIRTUTEM COLE; FAMAM INVENIES IN SEPULCHRO,  
bono omnino Omine declamaret, sed & publico Optimi sui Præ-  
ceptoris vitæ inibi laudabiliter transactæ dimissus testimonio, quod  
typis expressum legere est in Tractatu præfati Weissii, cui Titulus:  
*Curios Gedanken von Teutschen Versen. pag. 286. seq.* Lipsiam, tanquam  
omnium liberalium artium Celeberrimam Officinam ac Nobilissi-  
mum litterarum ac Scientiarum Emporium, peteret. Neq; verō hic  
turpi otio, uti plerumq; primis fieri annis assolet, tempus transmisit,  
aut in poculorum concertationibus inq; gulæ intemperantiā, quā  
ratio brutescit & sensus hebescit, sua quæsit oblectamenta, sed in  
honesto corporis animiq; cultu, inq; præclaris studiorum suorum  
exercita-


exercitationibus, & quâ laudabili industriâ Studiorum telam Zittaviâ  
 coeperat pertexere, eadem etiam assiduitate eam Lipsiâ urfit ac continua-  
 vit. Sub accessum enim suum victu & adibus Præ-Nobilissimi, Consultissimi  
 mi atque Excellentissimi Viri Dn. NICOLAI GOTHOFREDI JTTIGII  
 Jcti & Professoris ibidem Celeberrimi, exceptus, mox svavissimâ in docen-  
 do methodo Viri Præ-Nobilissimi atque Consultissimi Dn. CHRISTIANI,  
 GOTHOFREDI FRANCKENSTEINII, Jcti ac Schabini Lipsiensis  
 meruissimi captus, mutato priori hospitio, convictu uti cœpit Viri Ma-  
 ximè Reverendi atque Excellentissimi Dn. JOHANNIS OLEARII, SS:  
 Theol. D. ejusdemque Professoris apud Lipsienses Famigeratissimi, quo eodem  
 tum temporis etiam prælaudatus Dn. Franckenstein fruebatur. Hoc ve-  
 ro Duce & Auctore Collegium super doctissimum & aureum H. Grotii  
 Tractatum de Jure Belli & Pacis, itidemque Illustris ac in cineribus ad  
 huc venerandi Puffendorffii *Introductionem ad Historiam & Compendium*  
*de Officiò Civis ac Hominis*, unâ cum *Historia* celeberrimi Bœcleri *Seculi 16.*  
 additâ sequentium annorum Historiâ ab ipso Domino Franckenstein,  
 cum insigni eruditionis suæ accessione feliciter absolvit, ab ejus ore pen-  
 dens sedulus & maximè industrius Auditor. Neque tamen aliorum Excel-  
 lentissimorum Virorû scholas minus frequentavit: præeuntem siquidem  
 in enucleandis primis totius legitimæ scientiæ elementis svertâ sedulitate  
 audivit supra memoratum Dn. ITTIGIUM, eidemque junxit in eodem  
 stadio decurrendo utilissimam operam Dn. FRIDERICI PHILIPPI, J. U.  
 D. & Practici Celeberrimi, quibus etiam Præceptoribus B. Struvii *Ju-  
 ris prudentiam Rom: Germ Forenses* in succum quasi & sanguinem vertit;  
 Enutritò ita infirmò animò, ad latiores Pandectarum libros manum  
 applicuit, secutus hic itidem feliciter antea pressa vestigia nunquam  
 sibi satis laudandi Fidelissimi sui Præceptoris Dn. Franckensteinii, pri-  
 vatim Excellentissimi Lauterbachii compendium vel latifundium potius  
 universi juris, accuratâ & eruditissimâ operâ interpretantem. Degursò ita  
 privati juris Stadiò, Publici quoque in Academiis necessariam sibi para-  
 turus notitiam, Collegio Bœcleriano, quod de *Notitia Sacri Romani Im-  
 perii sæpe* laudatus Dn. Franckenstein, & Monzambaniano, quod de *Sta-  
 tu imperii Germanici* Excellentissimus Dn Licent. OTTO MENKENIUS.  
 P. P. & Polyhistor Celeberimus aperiebant, studiose vacavit, non exiguâ  
 inde studiorum suorum fiducia sibi contractâ. Id doluit præsertim, quod  
 trienniò Lipsiæ felicissimè exasò, interim optimo orbus Patre, diutius  
 inibi subsistere & ad optatam laborum metam prorumpere non valuerit,  
 sed revocanti domum necessitati coactus sit parere. Non autem diu  
 domi substitit, sed eodem adhuc Annò 1689, quò ad patrios redire lares  
 jussus,


Justus, adolescente autumnò, nostram salutavit Almam, hospitio & in  
repetendò jure privatò, operà Viri Præ-Nobilissimi, Consultissimi atque  
Excellentissimi Dn. JACOBI LEMKENII, Jcti & P.P., deinde vero Consu-  
lis hujus Civitatis Celeberrimi, Collegæ ac Fautoris, dum viveret, nostri  
honoratissimi, nunc eheu! desideratissimi, usus, quò etiam Duce Praxi ma-  
num admovere non infelici successu tentavit, Meque tunc temporis  
Constitutiones Caroli V. Criminales interpretantem attentè audivit.  
Anteqvam verò ultimum Studiis complementum adderet, incessabat.  
cupido vicinam Academiam Albertinam visitandi, ibidemq; ex eruditissi-  
mis discursibus Viri Præ-Nobiliss. Consultiss. atq; Excellentiss. Dn. DANI-  
ELIS GEORGII MORHOFII, Jcti & olim apud nos Poësis, inde vero  
Kiloni Eloquentiæ ac Historiarum Professoris ac Polyhistoris usq; quaq; Cele-  
berrimi, Affinis sui æstumatissimi, partam alibi eruditionem oppidò adau-  
gendi. Neq; voto defuit successus, cum prælaudati hujus Viri, eòq; subita-  
neà morte literario Orbi præproperè ereptò, Excellentissimi atque Doctis-  
simi Dn. NICOLAI MARTINI, Jcti & Profess. Politices ac Codicis Celeber-  
rimi, auspiciis, jurium Studia ad umbilicum deducere daretur. Hinc  
jussu lectissimæ Genitricis Rostochium remeare, multà eruditione  
auctus meò uti capit hospitio, mihiq; tunc temporis Decano Ao. 1694.  
29. Decembris die, eà, qua fas est, modestià nomen inter Candidatos suum  
professus est. Quem cum ad Examen Rigorosum admissum talem depre-  
henderimus, ut omnium nostrum expectatione de egregiis suis in studiis  
profectibus ex asse adimpletâ, non tam ambiisse, quam meruisse propediè  
Summos in Utroque Jure conferendos Honores videretur, unanimi o-  
mnium Collegarum suffragio facilè impetravit, ut rariorem suam inte-  
grò ferè decenniò sicq; duobus integris lustris in Academiis partam  
eruditionem publico Inaugurali omnibus probaret specimine, ipso mon-  
straturus opere, se non, ut hodie plerumq; fieri sœvit, per averfionem  
cum Triboniano transegisse. Cum verò Inaugurali Disputationi, quam  
DE SUSPECTO JUDICE eruditè elaboratam publicæ omnium censu-  
ræ sistit, Bono cum Deo habendæ, ob varia obstacula, quæ remoras injece-  
re, VII. dies instantis Mensis Aprilis sit præstitutus, Magnificum Domi-  
num RECTOREM, Utriusq; Reip. Nobilissimum ac Amplissimum SE-  
NATUM, nec non Omnium Ordinum Givēs Litteratos Litterarumq;ve  
Fautores, suâ ut præsentia hunc Inauguralis Disputationis actum ad aucti-  
orem atq; illustriorem reddere haud graventur, ea, qua par est, ob-  
servantia & humanitate officiosè rogo atque invito.

P. P. Sub Sigillo Decanatus. 29. Martii 1696.

es (o) »









IN SOCIET. GENT. & SOCIET. ARB  
ministratio concessa, quamvis dissent, Merckelbac  
1. conf. 13. n. 61. & inibi all.

§. 9.

Annumerari quoque potest in Germaniâ  
riis publicis VII. Societas Clientelaris, quæ inter P  
intercedit, & in Imperio admodum frequens est  
Dn. Becman, in pol. par. c. 11. §. 4. Sicut autem hîc P  
omnia illa jura concedenda sunt, sine quibus o  
auxilio adjuvare non potest, quò etiam jus mi  
quando jus apertura pertinet; Dn. Stryk. de ju  
c. 1. n. 125. seqq. Dn. Fritsch. in Tr. de iure  
seqq. Ita impunis est Clientum erga Protec  
si vel etiam quò ad hæc jura pacto sibi prospexerint,  
sales inter Protectorem & Clientes usitata, vid. i  
vers. c. 7. vel justam non parendi causam habeant,  
in se imperium quærere metuant, aut illius mil  
oso veniant, ubi jus apertura licite denegabunt. v  
jut c. 2. §. 18. Multo magis autem impune inobe  
tector sub protectionis pretextu Superioritatem fi  
res tribuere, & e. g. actus jurisdictionis exercere,  
10. Qu. 2. vel Clientes, (ubi tamen casum summ  
Dn. Wildvog. in Diss. De protect. cens. (u. c. fin. n. 10.) c  
vol. 1. conf. 12. n. 31. Dn. Lyncker. Decatastris c. 3. §.  
& adhærentes non fiant subditi, Klock. conf. 37. n.  
dus Protectorium jus superioritatis inferat,  
Reichs vogten p. 417. & 489. & ibi. all. Mag. de  
& c. 3. n. 401. Böcler. in not. S. R. J. L. 16. c. 3. §. 3. & C  
quidem plenariis subditis æquiparentur, in oneri  
minationem non teneantur, Dn. Stryk. all. l. n. 134.  
tibus in vito Protectore Jus Protectionis excutere lic  
dum videtur, si pro Protectione certus census  
cum jus Protectori semel ex contractu quæsitur  
nequeat: Se. u. vero, si gratuita sit protectio, ub  
renunciare utiqve poterunt, cum Protectoris ho  
vid. omn. Mantz. Dec. Pal. Qu. 18. n. 5. & 34.

the scale towards document

957.  
177  
6. Vol.  
bitra-  
lientes  
apud  
tentes  
eri &  
& ali-  
terr.  
n. 17.  
entia,  
Rever-  
r. Re  
torem  
ntagi-  
as. ad-  
i Pro-  
Clie-  
tesenb.  
xcipit  
Klock.  
derati  
c. 10-  
on deñ  
n. 439.  
modis  
deser-  
Clie-  
neg an-  
etur,  
uferri  
avori  
erlit,  
S. 10.